



FA 5 A 66



A N E M O G R A P H I A  
M. EGNATII DANTIS  
Mathematicarum Artium in Almo  
Bononiensi Gymnasio  
Professoris


In Anemoscopium Verticale instrumentum ostensorum Ventorum.  
His accelsit ipsius instrumenti constructio, ut nihil in hac  
materia amplius desideretur.

AD AMPLISSIMVM D. IO. PETRVM GHISLERIVM  
*Vtr. Sig. S. D. N. Referendarium, Romandiola,  
Exarcatusq; Ravenna  
Præsidem.*

I N D I C O

A D V E R S O S

S I T A T I V



BONONIAE, Apud Ioannem Rosium MDLXXVIII.  
*Curia Episc. & S. Inquisit. concessu.*

ALLEGATO AL PROGETTO  
ATTUAZIONE DELLA  
politica nazionale per la  
sostenibilità ambientale  
e di sviluppo sostenibile

progetto di politica nazionale per la sostenibilità ambientale e di sviluppo sostenibile

progetto di politica nazionale per la sostenibilità ambientale e di sviluppo sostenibile

001001



progetto di politica nazionale per la sostenibilità ambientale e di sviluppo sostenibile

3

PERILLVSTRI,  
AC REVERENDISSIMO  
D. IO. PETRO GHISLERIO  
VTR. SIG. D. N. REFERENDARIO,  
ROMANDIOLAE, EXARCHATVSQ.  
RAVENNAE PRAESIDI.

F. EGNATIVS DANTES S. P. D.



VM anno superiori, dum urbem Perusium, & Umbriam Provinciam administrares, amplitudini tuae visum fuerit, ut non solum agrum Perusinum iusis interuallis dimetirer, atque describerem, sed etiam ut in tuarum aedium aula depicto pariete designationem eam coloribus explicarem, feci id quidem sedulo, & simul ut magis extaret obseruantiae in te meæ signum, Anemoscopium in eadem aula, præter cetera ornamenta, Ventorum inquam indicem instrumentum extermxi. Illius igitur instrumenti explicationem, & fabricam, quam ad amplissimum Cardinalem Paleotum antea conscriperam, nunc ad te quoque mittendam censui. quam quidem eò iucundiorē tibi fore putauī, quod audiam te simile instrumentum iussisse in amenissima tua villa Romana fabricari. Accipias igitur munusculum hoc meum, quod & si leue est, valeat mihi tamen ad obseruantiam in te meam aliqua ratione significandam. multum enim tibi me debere sentio, tum ob ea, quæ priuatim à te in me collata sunt officia, tum etiam ob insignia tua publica, & in patriam meam merita. Intelligit enim Perusium itate per illud tempus in illa administratione gessisse,

ut maiori vel iustitia, vel benevolentia, ac studio à nulla inquam antea administrari potuerit. Vale Bononiae IIII. Kalend. Augusti

M D L X X V I I I .

4

# D V O D E C I M VENTORVM SERIES.



Vattuor oppositis veniunt è partibus orbis,  
Quos circum varij dextra, lauaq; feruntur,  
Impelluntq; leues aduersis flatibus auris.

Frigidus à summo descendit Aparctias axe.  
Circius aa Zephyrum Boreas hanc cingit ad ortum.  
Auster ab aduerso pluvias inducit Olympo,  
Ab Lybe qui dictum, dictum quoq; spectat ab Europa  
Insuper & verno flat Subsolanus ab orclu,  
Solstitium huic sociat retrahentem nubila ventum,  
Brumalesq; trop& violentum flatibus Eurum,  
Occiduo Zephyrus de Cardine spirat, at ipsum  
Africus hyberno contingit Sole cadente,  
Ac simul Argentes astuuo Solstitiali.



ANE

A N E M O G R A P H I A  
M. EGNATII DANTIS  
ORDINIS PRAED. IN

A N E M O S C O P I V M

instrumentum ostensorum Ventorum,  
à se primò inuentum, & publicè  
Florentiæ, ac Bononiæ  
constructum.

A D I L L V S T R I S S. ET REVERENDI S S.  
GABRIELEM PALAEOTVM S.R.E. CARD.  
AMPLISSIMVM BONON. ANTISTITEM,  
in omni disciplinarum genere  
eruditissimum.



CRIPTVRVS de numero, ac positione Ventorum, ac de cæteris eorum qualitatibus, vt clariss intelligatur ANEMOSCOPION verticale instrumentum, quod à me primum excogitatum, & Florentiæ olim constructum; occasione tamen sumpta ab Andronici Cirreli marmorea turri Athenis collocata, nunc verò denique tua gratia, quanta potuit diligentia, elaboratum, & si difficilis sit, ac impedita materia propter varias, multiplicesq; sententias aliorum, conabor tamen efficere, vt huius libelli neque sit iniucunda, neque admodum, vt spero, inutilis lectio.

Dicam igitur primum de Ventorum numero nominibus, atque ordine tam apud Græcos, quam Latinos seruatiss; deinde ordinem, diuisiōnē, & nomina, quibus Hydrographi vtuntur; denique singulorū flatuū proprietates, ac statuta rēpora paucissimis verbis coactabō. Nam prolixitas inutilis est obtusis, & fastidiosa ingeniosis. Itaque, vt rem aggrediār, paulò altius exordium ducam. Cuth enim omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debeat à diffinitione proficisci, vide-

bimur non ab re diffinitionem eius rei, de qua verba facturi sumus, præmittere; ut clarè pateat totius nostræ narrationis sermo.

**V**ENTVS igitur est agitatio vaporis siccii, & calidi sublati in aerem virtute radiorum à Sole, ac syderibus proficiscentium, vel ut viam & naturam propriam diffiniamus. Ventus est vapor terrestris subtilis ad mediam aeris regionem ascendens. Et sit Ventus ex contentione exhalationum earum, quæ subleuantur è terra, cum vaporibus in media aeris regione frigefactis, qui si deorsum ferantur, & ascendentibus exhalationibus occurrant, excitatur pugna. Cum enim exhalatio propter alias, quæ ex imo subsequuntur exhalationes, non possit amplius deorsum regredi, nec etiam ulterius sursum ferri ab occidente frigore impedita, iam in transuersum feratur, necesse est, & quanto maior tuerit exhalationum, & vaporum copia, tanto etiam maiore impetu Venti feruntur, aeremq; impellunt; & hæc est præcipua causa, cui Venti oblique cursu ferantur, vel quia (ut ait Aristoteles) aer in orbem motu primi mobilis torqueretur, & ita circumirent Venti, ut ferè alter alterius flatum excipiat, & nunquam, vel admodum raro aduersi Venti simul spirent; alter enim alterius vim deprimit, & fortior debiliori semper relinquitur: quamobrem ut plurimum contrarijs temporibus contrarij etiam Venti spirant, ut inferiū dicuntur. Principium itaque motus Ventorum ex alto, materia verò ex imo dicitur; nam terra est ipsorum genitrix, ex cuius lateribus, tanquam ex utero, prœdeunt. Cę i autem & sydera occultæ quadam vi eos inde cident, eorum verò sedes & locus in medio inter celum, & terram scilicet in aere.

Cum autem Venti nullo sanè discrimine spirent undique, pro locorum qualitate diversa accipiunt nomina. Nam antiquiores Ventorum nomina & numerum, secundum numerum, & qualitatem angulorum, sive cardinum Mundi posuerunt. Sunt autem Mundi cardines quatuor Oriens, Occidens, Septentrio, atque Meridies, sic etiam quatuor tantum Ventos constituerunt, qui ex his angulis spirant, vel quia non plures norant, vel quia reliquos his quatuor, velut rectoribus, ac duabus, complectebantur. Et ideo Homerus quatuor tantum Ventos numerat, cum ait,

*A summo Boreas, Notus imo spirat Olympo,  
Occasum insedit Zephyrus, venit Eurus ab ortu.*

Sequens verò ætas octo addidit, & ita Ventorum numerus in duodecim excrevit, ut singuli flatus proprijs vocabulis discernerentur, quos ita distribuerunt, ut terni in quatuor celi partibus existerent, ut legitur apud Manilium.

## In Anemoscopium Verticale.

7

Incipientes itaque ab eo, qui spirat ab Oriente Aequinoctiali, vocatus est SVBSOLANVS, vel Solanus, quod sub sole, quasi à via media folis, seu Aequinoctiali spirans, ex quo etiam Græci ΑΝΗΑΙΟΤΗΝ appellatum dicunt, quasi τὸ ἀλιον θεύματος, id est à sole expulsum, vel emissum, & si alii vocatum velint à Pelio monte, unde promanat.

1

Ab Oriente Brumali VVLTVRNVS à volado vetetibus dictus, quod altè spiraret, Vulturisq; volatum imitaretur, Græcis ΕΥΡΩΣ nominatur, quasi rectè, & salubriter fluens, vel ἐπὶ τῷ λόγῳ πίστης, id est ab oriente sole spirans, manansue.

2

Ab Antartico circulo EVROAVSTER, siue Aeous spirat, sic vocatus, quia inter Eurum, & Austrum locum tenet, Græcis ΦΟΙΝΙΚΙΑΣ à Finicia regione dictus.

3

A Meridie AVSTER ab hauriēdis aquis, vel ab Austero, cum aspiratione careat, οὐρανος enim suaui contrarius dicitur, sic Græcis ΝΟΤΟΣ ab humore, siue humiditate dictus est.

4

AVSTER AFRICVS inter Meridiem, & occasum Brumalem situs est, Græcis ΛΙΒΟΝΟΤΟΣ, propterea quod inter Λίβην & Νήτον, siue Austrum, & Africum spiret.

5

Ab occasu verò Brumali AFRICVS à regione, unde ad nos euolat, appellatus, Græcis ΑΙΓΑΙΟΝ à Libia dictus.

6

Ab occasu Aequinoctiali FAVONIVS à souendo, vel fauendo, Græcis ΖΕΥΠΟΣ à ζέφους, καὶ πίσιον à nubilo, siue occasu spirans.

7

Ab occasu Solstitiali CORVS, qui & ΑΡΡΕΞΤΗΣ à loco græco nomine, Corus enim à καυγῇ, id est desicco, dictus; unde, & alio nomine Caurus dicitur, alter verò à fulmine sic appellatus est.

8

CIRCVS in circulo arctico inter Septentrionem, & occasum Solstitialiem, sic dictus à gitatione in circum, Græcis ΟΡΑΖΚΙΝΗ à οράζειν, id est conturbo, itemque Olympias ab alijs nominatus.

9

A Septentrione SEPTENTRIO sic dictus à septennario stellarū Vrsæ maiori, minorisue præcipuarū numero, qui Græcis ΒΟΡΕΑΣ nominatur à strepitu, vel sono, quæ excitat; Itemq; απρεπεῖσι, quod ab Aucto consurgat, non incommode etiam dexter posset dici, quod à dextrâ solis exorientis egrediatur, vt Auster sinistri.

10

AQVILQ ab Aquilæ præpeti volatu dictus, vt Festo placet, Græcis ΜΕΣΗΣ, cum sit medius inter Septentrionem, & ortum Solstitialium in circulo arctico.

11

Ab exortu Solstitiali spirat HELLESPONTIVS, à loco dictus, Græcis ΧΑΙΚΙΑΣ ab vrendo, vel potius ἀπὸ τῆς χακαρίας, id est à ridendo, quod veluti ridendo, & tanquam blandiendo nubes ad se alliciat.

12

Ethæc

## 8 M. Egnat. Dant. Anemographia

Et hæc sunt duodecim Ventorum nomina cōmūnia tām Græcis, quam Latinis, vt numerat Aristoteles, & apud Latinos Varrō, licet fuerint quī vigintiquattuor Ventos posuerunt, quod placuisse Vitruvio legimus. Sed aliquando hæc nomina variantur pro diuersitate gentium, vt Dōres Mēsen, vocant medium inter Aquilonem, & Cæciam, cui ex aduerso dicit Aristoteles nullum flatum respondere. Plinius vocat Mēsen illum, qui interiacet inter Libs, & Notum. Strabo Argestem, hoc est Coru:n vocat album Aultrum; hic enim Ventus præter Austri consuetudinem, & naturam paucas admodum nubes colligit, &, vt Seneca inquit, mollis est. ex quo colligitur Argestem diuersum esse à Coro vento violento, & rapaci. Alii Septentrionem Hyparctiam, siue Aparctiā vocant, & Aquilonem Boream, sicut quibusdam Aulter (quoniam à Lybia allabitur) ait nuncupabatur. Vicini quoque Venti, cum vicini nomina sèpè commutant, vt Aquilo non raro pio Septentrione, & cōtra Septentrion pro Aquilone, Boreas verò pro utroque usurpetur, sic Vultuñus, & Euruspio Subsolano, Subsolanus pro Vultuño, & Euro, similiter alii vicini pro aliis sibi proximis apud diuersos auctores sumuntur. Denique Venti, qui è terra surgunt, Altani dicuntur, & cum ad mare pergunt, Apogæi, &, cum è mari redeunt, Tropæi dicuntur.

Constat igitur ex superiori Ventorum partitione in mudi parallelis pro varietate regionum, distantias huiusmodi lateralium Ventorum ab iisdem quattuor principalibus fore diuersas. Nam ortua, atque occidua tām æstiuia, quam hiemalis solis amplitudo accedit tantò maior, quanto alter polorum fuerit super Horizontem magis eleuatus, veluti ex cap. xvij. Spheræ usus à nobis cōscripti videre est. At propter hoc, & quia numerus duodenarius erat nimis subtilis, & prolixus, sicut superior erat nimis hebes, & breuis, proximæ etati inter utræque media ratio placuit, quæ ex numerosam ad breuem apposuit quattuor, hoc est quæ ex duodenario Ventorū numero nimis prolixo ademit quattuor, quos addidit quaternario numero nimis hebeti, & ita in vniuersum numerus Ventorum in octenarium excreuit. Vti Vitruvius refert, Andronicus Cirreitis quattuor his cardinalibus Ventis totidem medianos interposuit. Nam Subsolano, & Septentrioni Aquilonem interiecit. Huic ex opposito Africum, Subsolano, & Austro Euru:m interclusit. Huic denique à fronte Caurum posuit. Hanc rationem secuti sunt neoterici Hydrographi, & Nautæ, at existimantes à quacunque Horizontis parte flatuosam illam, atque lateraliter motam Ventorum exhalationem procedere, diuferunt Horizontis ambitum in partes inuicem æquales in eo, qui sequitur modo. Iam constitutis quattuor ipsis Ven-

torum

## In Anemoscopium Verticale. 9

torum præcipuis regionibus, è quatuor mundi cardinibus prodeuntibus, scilicet Orientis, & Occidentis æquinoctialis: Septentrionis, atque Meridiei: Inter hos iterum quatuor Ventos statuere ab eisdem cardinibus æquè distantes, & ita fuerunt octo; inter quos iterum totidem collocarunt, quos vocarunt medios Ventos, ex quibus consurrexerunt sexdecim, quos tandem bipartientes Ventorum quadrantes appellaverūt; Ex his ergo duorum & triginta Ventorum summa colligitur, vt in utraque facie instrumenti, quod in tuis ædibus est, clarè licet inspicere, in quibus peripheriæ Mundani Horizontis circumferentiam designat, quæ quidem, vt dictum est, diuiditur in quatuor quadrantes, duabus videlicet lineis rectis, sese ad pares angulos fecantibus in centro ipsius peripheriæ, quæ quidem lineæ ab Hydrographis, in carthis Hydrographicis, seu nauigatorijs nigro lineantur, & mundi cardines distinguunt, à quibus spirat quatuor cardinales Venti, scilicet in exteriori facie à littera T. vt noltrates nautæ vocant Tramontana, à cuius opposito punto O. Ostro, à littera L. Leuante, & denique à littera P. Ponente. Quilibet inde quadrans bifariam diuiditur, binæq; prioribus similes producuntur rectæ lineæ nigrae, & orthogonales, reliquos primarios Vētos indicantes, vti in iam dicta anteriori facie instrumenti in littera M. Maestro, in G. inferiori Greco, à cuius opposito in G. superiori spirat Garbino, & ab S. Sirocco, velut in interiori aulæ facie instrumenti inspicere est. Quælibet inde pars octaua bifariam diuisa est; ex quo consurgunt totidem octo partes intermediæ, medios Ventos representantes, viridi colore ab Hydrographis signatae, accipientes denominationem à lateralibus Ventis, vti is, qui inter Tramontana, & Greco situs est, vocatur Grecotramontana, & qui inter Greco, & Ponente est, dicitur Grecoponente, & sic de reliquis. Tandem quælibet sextadecima pars peripheriæ bifariam distribuitur, & à qualibet diuisione per centrum rectæ lineæ rubræ producuntur discernentes Ventorum principalium quadrantes, quorum denominatio incipit semper à proximo, vt ea quarta, quæ est inter Tramontana, & Grecotramontana, vocatur quarta di Tramontanagreco, & ea, quæ est inter Greco, & Tramontanagreco, dicitur quarta di Grecotramontana; & idem dicimus de reliquis, vt patet in superiori figura. Non ignorandum est tamen, quod superioribus Ventorum nominibus Hydrographi Itali tantum utuntur, quæ quidem variantur pro ratione, vel vsu locorum, linguarum ve diuersitate, & Nautarum impositione, seruata tamen diuisione, quæ vna communis est omnibus in chartis Hydrographicis, quarū utilitates hominibus innumeræ sunt, & vt Cornelij Gemmæ verbis utar. Pro Deum immor

## IO M. Egnat. Dant. Anemographia

talem quid tandem Reip. quid principib⁹ viris in vita præstantius dāsi potest? qui vt non solum in terris ius habeant, verū & surdi pelagi, tempestatumq; pericula innumera quasi sub pedibus pressa contemnunt? illi dominantur, illo haec tenus incerto, iam certum designent trahit, ac qualis cæca leui vestigia rexit Pasiphae, ita & in dubio dum freto vias non anticipates fecerunt? Quod vel sapientis dicto refragari videtur, dum inter ἀπόρων numerat iter in medio mari. Quin hoc vno præsidio licebit innumeratas sirtes, Scopulos, Scyllas, Carybdas, Cyclopū iuga, ac vasta deuitare præcipitia. Hoc vnum Vlyssi in tot erroribus defuit, hoc Diomedi, atque Aenee, cum tot annos in sale iactati, vix tandem operta telluris, & speratē patriæ portum contigere. Hęc sunt, quæ de numero, & positione, siue ordine Ventorum dicenda videbantur. Deinceps ad eorum qualitates, & tempora, quibus singuli spitant, accedamus.

Mirari autem aliquis posset, cum Ventus nihil aliud sit, quam mota exhalatio in aere, vnde tam diuersas qualitatum alterationes recipiat. Exhalatio enim semper est calida, & siccæ; Ventorum autem alii sunt humidi, alii frigidi, alii calidi &c. Respondendum illas Ventorum qualitates aduentitias esse, atque ascitas, non autem insitas, prout etiam loca calida, aut frigida, arida, aut humida, foetida, aut amena flando permeant, sic illorum qualitatibus afficiuntur, illasq; tanquam proprias recipiunt. Hinc Messalla in libro de Scientia motus orbis inquit; Ventus est naturatus secundum modum, quem inuenit de accidentibus, permutatus de accidente ad accidens, & ex calore ad frigus, & ex siccitate ad humiditatem, & è contra, &c. Hi duo autem Boreas, & Notus, præcipue mutant cum situ naturam suam; oriuntur. n. ambo ex locis frigidis, perflantes postea loca calida alterantur secundum situm locorum. Quapropter Auster in Africa est serenus, quia nondum transit Mediterraneum mare; Aquilo vero nubilus, quia transiuit mare, & inde multum humoris secum attraxit. Secus autem apud nos his accedit, cum Septentrio sit serenus, Auster autem nubilus. Hinc autem est, quod Aristoteles ait; in Byssantio Boream esse clarum, & salubre, in Tessalia turbidum, & pluviosum, illuc n. per montes, huc vero per arenas accedit, & per loca calida. Hinc Seneca ait; Auster in Italiam pluuias impellit, & Aquilo in Africam reiicit. Item Venti alienam à sua natura affectionem mutuantur à vicinis proximis, ut Vultur nus, quamvis Subsolani principis sui, seu cardinalis naturam referat calidam, & sicciam, tamen ab Austro vicino aliquid humoris tepidi trahit, imò aliquando in Austrum conuertitur. sic & Cæcias Subsolani come-

cum

## In Anemoscopium Verticale.

cum ad Septentrionem vergat, & debeat cum Subsolano esse calidus, frigoris tamen non parum à Septentrione assumit. idem de reliquis lateribus est iudicium.

At nunc, ut singulorum flatum qualitates examinentur, à S V B S O L A N O, vt superius factum est, incipiemus. Est enim Subsolanus **Ventus** vt plurimum calidus, & siccus, purus, salubris, potissimum mane, hie me frigidus, & gelu auger, noctu plerunque silet, & oriente Sole vires acquirit. Si pluat eo flante (quod rarius fit) non prius cessabunt stil lando nubes, quam Solis radij occidunt. Subsolanus flores producit, & ad fructus parat germina, & herbas, plantas adultiores facit, corpora sa na conseruat. Hic Ventus cælo sereno flare incipiens de die, in no tem. perseuerat.

**V V L T V R N V S** Septentrionalibus nubes congregat, sæpiissimè sub fine humidus, & tonitruosus, & si à serena cæli parte incipiat, nō diu du rat. Hoc quoque spirat omnia solita maiora apparèt, vt Arist. inquit.

**E N V R O A V S T E R** calidus, & humidus, & eo flante alto cælo radian tia fulminea apparent.

**A V S T E R** pollens fulmine, morbidos, aestuosus, generat nubes, & pluias, nisi diutius spirat, tunc enim serenitatem, & suffocantem calor em adducit. Ouidius vocat eum aquaticum, & alibi de ipso ait. Con traria tellus. Nubibus assiduis, pluioq; inadescit ab Austro.

**A V S T E R A F R I C V S** est nobis pluiosus, & quandoq; cuncta sono ro concutient tonitruo, temperatus, inclinat magis ad humiditatem, quam ad calorē, & quia est Autri lateralis, etiā morbosifer, & noxius est.

**A F R I C V S** frigidus est, & tempestuosus, humidusq; fert nubes, Vir gilius procellosum eum nominat primo Aeneid. Creberq; procellis Africus, & vastos tollunt ad sydera fluctus. Africus, & Cæcias nubibus cœlum obducunt. Cæcias cratisioribus, Africus exilioribus.

**F A V O N I V S** temperie quadam caloris, & humidi niues, glaciemq; resolut, huiusc flatu purpureos flores humis effert vere comanti, ad cuius flatum animantia omnia, plantæq; luxuriantur; quare à Lucretio Genitabilis, & à Pontano Genialis dicitur. Favonio flante incipiente vites sunt putandæ, arbores inserendæ, oleæ tractandæ, & fruges curadæ, atq; hunc Ventum oleæ spectare debent.

**C O R V S** procellosus, impetuosus, grandinosus, & violentus est, præ fessim si à Louis, siue Mercurij cum Arcturo coniunctione concitetur. In fine Autumni est grandinosus, & calamitatum præcipua causa. Fe bruario autem plerunque niuosus; Martio verò grandinat, & procel losus euertit æquaora.

## 12 M. Egnat. Dant. Anemographia

9 CIRCIVS vel Olympias niues generat, & grandines, & nivium auctor cum impetu ruit.

10 SEPTENTRIO frigidus, siccus, serenitatisq; auctor est, quare ab Homero dicitur *αερ γνήσιος*, i. serenitatem faciens. In Italia est violentus, & sonori flatus. Frigefacit, exsiccat, constringit corpora, nubes pellit, aereinq; pestiferum leuat, itaque Ouidius sic inducit eum loquentem.

*Apta mihi crvis est, qua tristia nubila pello,  
Hac freta concutio, nodosaq; robora verto,  
Induroq; niues, & terras grandine pulso.*

11 AQUILo, quoniam ex alto ruit, valde gelidus, & siccus est. Florescentibus arboribus, ac germinanti viti perniciosus est. nec raro nos insigniter fructuosos vidimus, cum flaret continuo aliquot diebus.

12 HELLES PONTIVS inconstantior, & frigidior est Subsolano, valido flatu subinde molestus, nubes colligit, collectas vix dissoluit.

Orientales autem Venti omnes ferè propter caliditatē, & siccitatem, habentes tamen aliquid humiditatis, & frigiditatis admixtum, dicuntur consolidare, & ad maturitatem ducere ea, quæ ab Occidentalibus procreatae videntur, cum spirant in exortu Pleiadum cum vigesimo sexto gradu Tauri ad initium ferè æstatis, & ideo iuuenium capita euomere singuntur, quasi illis tribuant post imbecillitatem infantiae, robur, & cōsoliditatem. Venti ab ortu flantes, diurniores sunt ijs, qui ab occasu spirant. Orientalibus, & Septentrionalibus Ventis, atq; plagiis patefacientes sunt cellæ vinariae, granaria, pomaria, claudæa vero sunt haec eadem Occidentalibus, & Meridionalibus tam Ventis, quam regionibus. Ciuitates, & domus inter Orientem, & Septentrionem sitæ ab omni infectione, contagioneq; liberæ, salubres sunt, quare Architecti petiti, & duces exercitus sagaces, hunc Ventum præcipue obseruant in ædificando, vel castra metando, vt morbos, & aerem perniciosum excludant.

Occidentales Venti in fine diei salubriores sunt, quod à sole repugnatur, & accessu temperatores fiunt, quam in exortu ipsius solis. Orientales verò è contra. Tam Occidentales quam Orientales Venti à iuueniis efflari singuntur, propter existentem in illis caliditatem præcipue, & humiditatem, quæ quidem qualitates in occidentali Subsolano maximè reperiuntur, qui temperie quadam calotis, & humidi niues, glaciemq; resoluit, & cum flare incipit, efficit, vt terra flores emittat, & ver ipsum aduentet, eaq; causâ dicuntur occidentales Venti exptere flores: Franc. Petrarcha de ipso ait. *Zefiro torna, e'l bel tempo rimena.* præcipue verò spirare solent vere ante Arcturi vespertinum exor-

## In Anemoscopium Verticale.

13

tum, quo tempore aduentare solent Hyrundines, vnde Chelidonij, & Ornithiæ nuncupantur, ut Plinio placet. Eo etiam tempore canes impedit, ne inter venandum obodorati feras possint delitescentes, humilis enim circa terræ latera fertur, plurimū gustus, & olfactus sensum hebetare creditur. Venti Orientales, & Occidentales nō sunt ita cebri, ac frequentes, ut Septentrionales, & Meridionales, propterea quòd sol per orientis, ac occidentis loca continuò perineando, calore suo, materiam Ventorum consumens, non patitur eos ibi diutius consistere.

Septentrionales Venti cum sint vniuersè frigidi, & siccii, serenitatisq; auctores, facile omnes corporum Superfluitates absunt, frigus n. constipat, ac cogit corporum subtilitias, ideoq; & omnes actiones naturales, & animales intenduntur. Aer enim frigidus nos ambiens, vt dictum est, constringendo cutim naturalem calorem repellit, & in profundo corporis concludit, qui deinde augetur, & ad omnes naturales, animalesq; actiones vehementer insurgit; hinc Ptolomeus ait, Vento Sep tentriонаles esse saluberrimos, & ciuii à Ioue summos, qui vt ipse est auctor omnium salutis, ita etiam hi Venti salubriores reliquis existunt, qui quoniam & conseruationis, & virtutis longitudinis causa sunt, ac propterea frigiditatem habent, & siccitudinem cum sensibus communem, ex seniorum hominum ore emitti singuntur, & ideo expuere grandines, & tonitrua dicuntur.

Noxij autem omnes Australes Venti sunt, quia putredinis auctores, fautoresq; existunt, calidum, & humidum temperamentum aer acquirit his spirantibus. Pessimi, ac putredini obnoxij, quare tunc neque cellaria, neque granaria aperiri debent, præsertim si fenestras habeant illis oppositas. Sæuiores isti temperatates excitant in mari, quam Boreales, aut cæteri, nam è loco calido exilientes vapores plures, tempestatum alumnos, secum adducunt, multisq; superfluitatibus corpora replet, ideo grauedines, & sensuum debilitates, & capitis inducunt, vertigines faciunt, & auditum obtundunt, ideo, cum Venti Australes sæpe animantium mortis causa sint, à mortuis exhalari, mortuorum capita expaentibus, singuntur. Cauendum denique est, ne multorum Ventorum effusus vnius tantum existimes, sic n. fiet, ut Boreas aliquando pluuiosus esse videatur. Potrò qualitates temporum sunt decem & octo, ut tradit Cardanus libro 2. quadr. tex. 62. quòd si tempora sint incertantia, id non ex uno Vento, vel raro, sed ex pluribus diuersisq; Venti euenit.

Nunc ad prouinciales, seu particulares Vento transeamus. Vocantur autem, teste Seneca, prouinciales Venti, qui certis in locis vbi nascuntur

## 14 M. Egnat. Dant. Anemographia

tur commorantur; & quia non ex uniuersi latere sumunt impetum, eorum vires ad longiores tractus spatio non sufficiunt.

Sed quemadmodum ex levi, atque ex modica materia nascuntur, ita etiam deficiente materia illico concidunt. Aliquando vero sunt quedam particule cardinalium Ventorum; aut calore, aut frigore loci, aut etiam montium altitudine; aut vallum profunditatem ab illis absconditae, ut refert Aristoteles Aquilone, qui iuxta Corinthum tortuosè spirat, propter reuerberationem, quam ibi in montibus sublinet. Et Sciron locatulum circa Athenas infestat, quia per saxa Scironis diuelliatur ab Argiste, qui quidem Ventus paululum supra in Thessalia, ubi ab Olymbo dimittitur, Olympias vocatur. Strabo etiam Zephyros a scironijs saxis, unde spirant, Scirones ab Athemensisibus appellari ait. Item Narbonensisbus peculiaris Ventus Circius existit, qui neoad vicinas quidem huius provinciae urbes peruenit, de quo Seneca; Circius Galliam infestat, cui edificia quassanti, tanquam incole gratias agunt, tanquam salubritatem caeli sui debeant ei. Augustus, cum in Galia moraretur, templum illi & votive, & dicatum. Eodem modo Achilleus Apuliam infestat, ex quo Apulus est dictus, & adeo: et Iapix infestat peste, & hieme rigore, ut cum circa Bruma flatus aeris in suu frigore ita omnia varefacit, ut postea nullis possit tollibus recreari, ideoq; ~~ante~~ <sup>ante</sup> ~~in~~ <sup>in</sup> pax, id est a noxa, detrimentoq; adferendo illi nomen est inditum. Iapix in Calabriam, Syrus in Syria, Carbasus in Siciliam, Detracidas in Pontum, & Catægis in Pamphyliam tantum graffatur. Sunt præterea alij innumerabiles a fluitibus, stagnis, sinibus, ac provincijs nominati, & suæ quique regioni tantum noti, ut Seneca scribit, si hinc nullam esse regionem, quæ non habeat aliquem statum a se nascentem, & circa se cadentem.

Nunc autem quid de llatis Ventorum temporibus antiqui sentiant, animaduertendum superest, videlicet, qui fiat & quod sint certa tempora, & veluti statim dies Ventorum, quibus incipiunt, ac utramflare delinant. Superius etenim dictum est materia Ventorum esse exhalationem calidam, & sicciam; quæ quidem ut materia non est determinata, ac certa, sed vaga, ac fluxa, ac quia efficients sunt llatae, ac certis vicibus quotannis recurunt, effectum aliquo modo statim, ac certum producunt in materia habili, ac sequaci. Sol enim præcipue, ac reliqui planetæ excitant, & rursus dissipant Ventorum materias, ut Aristotelis placet. Metheororum. Vere autem, & Autumno plurimi spirant Venti, quia exhalationes sunt plurimæ, vel ob apertos a contraria qualitate terræ meatus, vel quia solis calidæ debilis illas non potest dissoltere. Aestate autem, ac hieme minus spirant, quia terra gelu constricta non potest

hieme

## In Anemoscopium Verticale.

15

hieme exhalare vapores, & ab ætū consumitur Ventorum materia.

In Veris principio Fauonij flare incipiūt circa diem Februarij tertiam, vel quartam, existente Sole in vigesimo sexto gradu Aquarij. Hi dicuntur mollire cælum, hoc est mitigare frigus hibernum: quapropter Poetæ descriptiones Veris à flatu Fauonij ordiūtūr. Cur autē hoc dic potissimum hi Venti flare incipient, non potest redi in materia certa causa. Observationibus tantum deprehensum est, ita plerunque accidere. Veruntamen in nostro climate his temporibus haec observationes adamassim non congruunt, forsitan propter anticipationem æquinoctiorū, & quia aliæ nunc stellæ, quam olim, cum Sole in vigesimo sexto gradu Aquarij ascendunt, & occidunt.

Ornithiæ, seu Chelidoniæ Venti Septentrionales, quamvis nonnulli putent eos Occidentales esse (ut superius tacitum est) incipiunt spirare vno, & septuagesimo die post Brumam; eo quod nomine ea ratione appellantur, quod eo tempore hyrundinum, & aliarum avium aduentum denunciant. Subsolanus flare incipit circa exortum Pleiadum, quæ cum vigesimo sexto gradu Tauri oriuntur Prodomi, id est præcursoris sunt Aquilonum flatus, & nomen habent, quia præcurrunt Etesias. Sunt autem Etesiae Aquilonares Venti, at non unius tantum cardinalis, sed ferè totius hemispherii, quod est inter Fauonium, & Subsolanum. Appellantur autem Etesiae, hoc est anniversarii, quia certo, ac statuto anni tempore recurrent, biduo scilicet post Caniculam. Arist. ait Etesiarum causam esse niues in Septentrionali plaga liquefcentes, & hinc esse affirmat, quod hi Venti magis sua stata tempora seruent, quam reliqui. Etesiae interdiu tantum spirant, cum noctu huiusmodi Ventis materia deficiat, tunc enim, cum ex nocturno frigore congelata sint omnia, resolvi desinunt; qui quando tardius manu prodeunt, sonniculosi, ac delicati à nautis, teile Seneca, dicuntur. Australes Venti noctu, quam interdiu vehementiores sunt cæteris; quia exhalatio adeo calida est, ut noctis frigore non sic deprimi possit, quin proprio calore sublata valentior insurgat. Interdiu vero calore rarefit, & aliquando absimitur, unde interdiu non tanta vis spirant, quanta noctu.

Contrarium in Septentrione accedit, qui interdiu vehementior est calore excitatus.

Venti ab ortu flantes uberiorem habent materiam, quam Occidentales; quia exhalationes frigore noctis collectæ, sole ex oriente calefcunt, ac eleuantur. Observationem autem habemus, quod Septentrionales Venti impari ferè desinunt numero, scilicet dierū, ut tertio, quinto, septimo, &c. At Venti aliquando singuli, aliquando bini, magnis etiam tempestibus

etiam

## 16 M. Egnat. Dant. Anemographia

etiam tres flare consueuerunt. Nec prætereundum esse existimo, quod Eudoxus tradidit, easdem tempestatum vices exacto quadriennio redire, idq; propter diem intercalarem. Post verò Orionis orctum tranquillitas in mari exoritur maxima, usque ad Etesias, & Prodomos, idest à quinto ferè Kal. quint. ad vj. Kal. sextilis. Rursum septem diebus ante, & totidem post brumam, idest à die Sancti Nicolai, usque ad vigesimam Decembritis magna est aeris tranquillitas, ac tunc mare sternitur Alcyoni foeturæ, quæ aues maritimæ cum sint, media hieme sic nidos suos in mari faciunt, ut aquis supernarent, & in his oua pariunt, & pullos excludunt.

Atqui Venti flaturi sint per totum mensem lunarem, teste Marone, indicatur ex his, qui spirant quarto post nouilunium die, illi enim ut plurimum per integrum mensem spirant. Cœlum cum rutilo ardore rubescens, præcipue vesperi iuxta Occidentem plerunque Ventos portendit. Ventorum vis ibi imbecilla est, ubi flare incipit, quo autem longius progreditur eo maior fit, & manifestior. Et quicunque Ventus fuerit si feruidus sentiatur, pluribus diebus perseverabit.

Denique non debet silentio prætermitti, quod de repentinis flatibus in nostro Instrumento non potest reddi certa ratio unde spirent, cum non à certis angulis mundi orientur. Huiusmodi enim sunt Fragor, Procella, seu Enephias, Vortex, vel Typhon, Turbo, sine Prester, & cæteri repentini fatus, qui subito magno fragore oriuntur, & sevas tempestates præcedunt, & comitantur. Caussa horum Ventorum est nubes cui sunt inuoluti. Primi sunt ragi, & ruentes torrentium instar, & vocantur fragores, alii sunt impetuosiores, & vocantur Procella à προκίνησι, idest euerto, siue Enephias, quasi subito, & magna vi ex nubibus erumpens, & maximas tempestates præcedit. Fiunt autem hi Venti quando multum siccii spiritus in nube eleuatum fuerit, quando vero depresso sinu arctius rotati effregerint, hoc est arctiore exitu rotati eruperint extra nubem, vocatur Typhon, à fumando, vehemēti à impulsione incidit instar ardoris rotæ in girum agitat:is arbores, & nauigia comprehendens frangit. Differt à procella, quod hic humilius, & angustius rotatur, ille latius vagatur, & occurrentia contorta, hoc est circumacta frangit.

Turbo vocatur quando maiore hiatu nubis erumpit cum fragore maximo prosternens, ac conterens, quicquid obstiterit. Albertus ait eū non ab aliqua plaga mundi spirare, sed de nube deuoluī.

Idem dicitur, nihil ad Anemoscopium nostrum spectare speciem il-  
lam, siue differentiam flatuum, qualis ex specu quodam in aditu Ilyrici

turbini

## In Anemoscopium Verticale.

17

turbini similis oricit, siue erumpit procellas, tunc videlicet quādo ali-  
quid in hunc specūm injicitur, ut Pontanus in Metheoris refert. & Pli-  
nius libro 2. de Citenisca etiam Aupē, q̄d Alītrō saſta est, emicat Au-  
ster, excitatq; tales arenarum fluctus in his locis, quales in mari procellæ  
oriuntur. Estq; fabulosa aura in templo apud Delphos, qua afflati  
homines, subito fatidico spiritu corripiuntur. At Echo non ex aliqua  
flatuum parte, sed ex reciprocata voce gignitur. Fit enim quando aer  
percussus voce cedit subinde, donec in durum aliquod, & concavū cor-  
pus deferatur, à quo vi repulsus redit eō, vnde primum egressus est. &  
propter celeritatem motus eodem sonos retinet, ac eō reducit, vnde ac-  
cepit; in corpore plano dum percutit aer, idem non accidit. cedit enim  
ad laterā, & elabitur, ac euanscit vox .in cauo autem densatur, ac velu-  
ti congeminatur, quare eandem vocem refert, & repellit, velut acta pila.  
Vt tandem ad id, vnde principium sumpsimus, noster reuertatur sermo,  
illa Senecæ sententia probanda non est, Ventum scilicet esse tātum ae-  
rem motum sine vlla exhalationum materia. Nam Ventus est quidem  
motus aer, sed cū exhalatione, ita vt exhalatio semper cum Vento con-  
iuncta sit. Reicienda etiam est. Astrologorū quorundam opinio,  
qui dicunt, vel radios Solares sua vi agere, atque impellere aerem, vel  
ex cōcitate, & assiduo Mercurij cursu id accidere, qui sua perpetua agi-  
tatione feriat aerem, quæ quidem opinio absurdā est. cum corpus Mer-  
curij nō contingat aerem, & stellæ non agant in hunc aerem motu suo  
formaliter, sed virtualiter, & virtute influxus, ac radiorum luminis, qua  
virtute stellæ, & præsertim Mercurius, plurimam Ventorum materiam  
excitant, ex qua Venti postea existunt, ad eam autem rem radij Solares  
plurimum conferunt, dum radios Mercurij fouent, illis enim adinini-  
culantur in præparanda, & sublevanda plurima Ventorum materia,  
cumq; illa sit valde sicca, atque terrestris exhalatio, dubiū nō est, eam  
potissimum à Sole cieri, atque agitari. Neque tantum Mer-  
curius in ciendis Ventis efficax est, sed reliqui planetæ secun-  
dum suas triplicitates, quemadmodum præclarè scri-  
bit Ptolomeus libro secundo quadripartiti,  
quæ quidem vis, & efficacia ciendi Ven-  
tos, erraticis stellis data est ab eo,  
qui producit Ventos de  
thesauris suis.

F I N I S.

# ANEMOSCOPII VERTICALIS INSTRUMENTI FABRICA.

*M. Egnatij Dantis Ord. Prædicatorum.*



Vm Ventorum cognitio tantopere sit in vita hominum vtilis, & necessaria, profectò forent ab omnibus eorum varietates, ac motus omni conatu perdiscendi. Si quidem procreator ipse mundi, rerumq; omnium opifex Deus ab initio ea lege ipsos condidit, & esse voluit, vt eorum flata aer, aqua, terraq; ipsa temperaretur, hæcq; regio conseruaretur, quæ fuerat ad animantium habitationem facta; vtq; tempestatum constitutiones eadem, constansq; natura perpetuo seruaretur; imbres nobis reducerent, reductosq; opportuno tempore cohiberent, id autem, vt semina possent ipso Veris tempore fruges emittere, ac fructus suam ipsorum perfectionem assecuti, maturescerent. Creati præterea fuere venti, vt aerei perpurgarent, pestilentias, & cæteros morbos depellerent, quos imptobi vaporis è terra excitati corruptio cōficeret; quod quidem facile quis intelliger, si flantibus austris, quantum sint oppressa corpora nostra, quantum affecta, grauiq; molestia repleta sint intelligat; contra, quām leuia, lēta, & ad hilaritatem conuersa, si ex Septentrione spirent. Declarant id etiam aues ipsæ sereno cœlo per aerē hilari garrulitate palantes, secus verò, spirantibus austris, quod eo temporis cœlum est turbidum, in siluis, & sepibus omnino delitescentes. Atque ea res efficit; vt hæc ipsa cognitio plurimi semper apud omnes homines, vel ab ipsis mundi primordijs fuerit, vt in sacris passim litteris conspicitur; & si primus Ventorum obseruator, quiq; ipsos primum distinxerit, & in ordinem redegerit, Eolus extitisse dicatur Heleni filius. ipsam verò nauigandi scientiam ad Phœnicos primos eius inuentores referunt, ob egregias vtilitates, quas ea in re ab exquisita Ventorum cognitione capiebant. quod quidem illustrius hac nostra tempestare extat, qui maiori quodam ordine sic eorum simus essecuti distributione, vt explorata, certaq; ratione Oceanum incolumes, nō secus ac terram lustrare possumus. Verum non illud prætermittam, nos hanc nouā ventorum rationem Imperatori Carolo Magno acceptā referre, eius enim virtute, & diligentia factum est, vt nos hanc nouam in duas, & triginta


partes

## Anemoscopij Fabrica.

19

partes diuisionem, accuratius impositis nominibus, haberemus. Hinc etiam sit hos duos, & triginta ventos eandem ferè apud ceteras transmontanas nationes retinere germanorum appellationem, nihil omnino, aut certè parum admodum mutatam; licet Itali in suam ipsorum linguam ea nomina conuerterint. Harum igitur consideratio rerum, cum mihi vehementer hæreret, sèpius mecum ipse cogitaui, satis ne fieri posset, ut instrumentum aliquod verticale fabricaretur in pariete, in quo sanè venti, descriptis ad veterem & nouam partitionem, eorum nominibus, ijs qui successuè flarent, indicarentur; arrepta iam huius rei occasione ex Marmorea quadam turri, quam Athenis Andronicus Cyrrhestes Octohedram fabricauerat appositis in quoque turris angulo singulis Ventorum capitibus, inuertice verò turris æneum locauerat pro vexillo Tritonem, is dextra manu virgam tenebat, qua, dum Vento circumageretur, supra quondam ex capitibus consistens, ecquis eorum spiraret, ostendebat. At verò, cum ex noua partitione haud facile factu esset, ut Triton ille præter ipsos principes ventos, eorundem etiam quartas ad unguem indicaret, ideo haud in iucundum ijs fore meum instrumentum existimaui, qui Ventorum obseruationibus delectantur, cum ex eo non solum quadrantes, sed quævis etiam, uel minutissima particula conspicere queat. Ac eo sanè libentius, magisq; fidens ad id munetis suscipiendum accessi, quod ex quodam sermone perceperam præstantes illos artifices, Florentinos homines, qui de Vulpariæ familia erant, uel fecisse, uel efficere cogitasse huiusmodi quandam instrumenti formam. Id autem instrumenti neque mehercule apud eos adhuc, neque alibi unquam uidi. quod & si nullas alias hucusque peragauerim terras, præter quas Padus amnis, mare Mediterraneū, flumina Tanarus, & Tiber includunt, nihilominus nec audiui quenquam, quo cum ipse congressus fuerim, qui se uidisse, uelin aliquo opere legisse simile instrumentum diceret, ut contra multos audiui transmontanos, Hispanos inquam, Gallos, Germanos, & Pollinos, qui Bononia iter hoc anno fecere, quibus id instrumenti magnæ fuit admirationi, quasi nec ipsi id unquam uidissent antea, nec de eo uerbum ullum factum ab aliis audissent. Ut igitur in hac breui tractatione scribam ea, quæ multis huiusmodi conficiendis instrumentis, ipse sum expertus pro uaria murorum conuersione, & instrumentorum magnitudine, ad eorum commodum quibus id cordi erit, dico, Primum esse considerandum situm, ut satis sit apertus, & undique patens, uentis, præsertim principibus, ijsq; nec reflectentibus, circumflatus; Murus dehinc eligatur ita planè extructus, ut expeditus sit, & lœuis; ut in eo magna quadam rota

posset effingi, cuius dimetiens quinque sit cubitorum saltus, ut omniū Ventorum, Græcorum, inquam, Latinorum, & Italorum inscripta nomina recipiat. punctum deinde notetur in muro, quod erit ipsius rotæ centrum, reliqua tamen quinque, vel sex cubitorum altitudine, præter eam, quæ satis erit ad ambitum rotæ, ad extruendam in ea turriculam, in cuius fastigio vexillum tam altè statuatur, ut maximam teclū superet altitudinem; totum autem illud spatiū, quod est à centro rotæ ad turriculæ verticem esto ferrei stili longitudo, addito tamen ad hanc stili longitudinem cubiti besse, itaque stili inferius quam rotæ centrum constitut, quæ quidem magnitudo tanta pro rōbus est, quanta hic à puncto C. ad B. punctum conspicitur. Quod autem ad ferramentorum, ac primū ad stili ferrei fabricam attinet, dico, ipsum pro longitudine, magis minusue crassum esse debere; quem enim hic Bononię in ædibus Cardinalis Palæoti confeci, quod longitudine triginta cubitorum esset, crassiorem duobus, ijsq; nec anguitis digitis efformandum curauī, cum alterum, quem item Florentiæ Ioannis Baptistæ Cini gratia struxeram, quod dimidio breuior esset, multò gradiōrem effecissim. ac denique ea debet esse etiā altitudine stili, ut ad perpendicularē se posset erectum sustinere. quamobrem in aliquos is ferreos anulos ipsi muto infixos erit inserēdus, circa quos, quoniam teres est, facile in orbem vergetur. Ea vero stili pars cui rota adhaerescit, quadrangularis esto, eius autem mucro B. littera notatus, ut perpetuo seruetur acutus, ex temperato confletur calibe. Pro stili longitudine plures, paucioresue figendi sunt in muro anuli, eo quo dictū est modo, & nos in pūctis. D. E. F. ad scriptissimus, ut circunductus stilius, semper ad perpendicularē stabilis, incuruusq; permaneat. Illud autem aduertendum fore, ut ipse stilius, quantumuis longissimus, facile cōvertatur tamen, suoq; fungatur mudere, non secus, ac si breuior esset, modo rectus, & ad angulos rectos insitiat. stili præterea ima cuspis ex optimo calibe temperata, in vasculo æneo instar lucei facili pītatur, & conquietat, ut totū stili pondus illud sustinere queat. Nec illud omit-



## Anemoscopij Fabrica.

21

tam interea, stilum si satis is longus esse videatur, ex pluribus posse confici partibus, & vnâ cochleis conuecti, quò commodius erigendo tractari, & cum opus sit deponi, demoliriq; possit. Binæ rotæ. C. & G. fiant ex solido ferro, vel ære, crassitudini medij fermè digiti, quarum dimetiétes sint pedales, paulo plusuè minus, nisi velis in interna quoque domus parte, sicut in externa, idem instrumentum indicare, quod sanè præstat illud, quod in Cardinalis Palæoti ædibus extat. Tunc enim maior efficiendus ipsarum ambitus rotarum, itaque earum sit quasi cubiti mensura dimetiens, ac semi diameter ea sit magnitudine, ut basim, in qua lucerna iam antedicta, hæret, & ubi stilus insistit, admittere possit, axisq; G. H. sub ipsam basim transgrediatur, habeatq; duas indices sagittas, ut eodem tempore reuolutus, ventos interiori simul, & exteriori rota commonstret. Eadem planè sit utriusque rotæ magnitudo, idèq; dentium numerus; itaque statim, ac informatæ fuerint, vnâ colligetur, elementum, dentesq; simul in veraque rota incidentur, qui quidem dentes sic efformandi sunt, ut non solum in cuspide sint acuti, sed præsestant è transuerso quoque rotunditatem. ipsorum verò dentium numerus pro rotarum magnitudine maior esto, vel minor, nihil enim ad rem ipsam, quotquot ijsint, refert, cum spirantium Ventorum opera fiat, ut in idem perpetuo signum ipsi recurvant. At vero tamē quadragesimus octauus numerus valde mihi videtur ad id accommodatus, quod nec dentium ordinem perturbari sinit vñquam, & in quadrantibus, alijsq; partibus ipsos in id ipsum punctum statuat. Axi: Q. H. mediocris quædam crassitudo satis est, in cuius vertice H. extra murum cōnectatur ostensor. Circumagatur autem axis in anulo quodam ferreo, qui muro fuerit & ipse infixus; eodemq; modo in interiori parte alter omnino anulus efficiendus, ut conuerteris rotis, conuertatur simul & axis. Hoc in loco non silebo ipsum instrumentum ex vnica tantum rota posse constare, si loco. C. rotæ rochetus eadem in parte, stili confletur, sitq; G. rota instar earum quas habent Horologia, serpentinæq; appellantur. sed satius est binas efficere rotas, nra cum dentes in rota. C. magis distent à stilo quam in rocheto, stilum profecto, maiori facilitate concident oportet, notandum præterea, ut in muro secundum cētrum ipsius rotæ Ventorum fenestrella exædificetur, in qua reliquæ ponantur rotæ, fiatq; in interiori muri parte canaliculus, quo stilus obducatur, & in summo vertice stili sub ipsuin vexillum plumbea, vel ænea conficiatur lama, quæ aquas arceat, ne ex vexillo per stylum defluentes, ita rotas perfundant. Circularis Ventorum in muro diuidatur obseruata, & priscorum, & recentium diuisione, eò prorsus modo, quo traditum est in

Anemographia, appositis Græcis Latinis, & Italīs nominib⁹, cō planē ordine; quo sunt in ipsa tractatione posita. Illud denique aduertendum restat, ut m̄rus expendatur, quam in partem vergat. qua in re principum Ventoū tantum, Septentrionis inquam, Meridie, Orientis, & Occidentis habenda nobis erit ratio, in reliquis enim h̄ibus horum quattuor assumetur aliquis, qui loco sit propinquior. Si murus igitur, in quo rotā Ventoū pinguisda erit, ad Septentrionem vergat, Orientem in sinistra signabis, ex quo puncto incipiens, pergas ita scribere; ordineq; suptrius expoſito progredi; deorsumq; dextram versus descendere, itaque colloctetur in imo Ven⁹ Auster, occidenſi dextra, sursum verè Septentrionis, reliqui intermedij, suo quisque loco statuatur: ceterum si murus ad Meridiem spectauerit, dextram Oriens, sinistram Occidens; imum rotæ Septentrionis, verticem tenet Auster. Quod si positus sit ad Orientem paries, ad dextram Septentrionem locato, ad sinistram Austrum; Orientem supra, inferius Occidente. Sin contra ad Occidentem vergat, Septentrionis sit in dextra, Auster, in sinistra, Oriens in imo, in vertice statuatur Occidens. His igitur ita constitutis, sagitta, non solum ad spirantis Ventis nomen ageret, sed ad illam etiam orbis partem, unde Vehtus efflabit. Rostremq; cum instrumenta ferrea suo sita fuerint loco, & rotā Ventoū piela, tunc conſenſia turricula, meridiana ibi reperiatur linea, ad quam ita conuenientia vexillum, & eius acies Australē prorsus orbis partem adspiciat, immobile detinatur, ac interim sagitta in ima parte sic ita quatur, ut supra Venti Septentrionis lineam insistat, qua sursus firmata, libera deinde dimittatur. Semper enim ad iam afflantem Ventum recurrit, & ad integrum vexilli conuersionem, integrum quoque conficer ostensor; ac sine mediā, sine triante, sine quadrantē conficitur, quod dicitur, quod solum ciat, semper ipsi vexillo properet. Ac de propria ueritate, nō dubium est, quod in Anemoscopij. Babōica ueritate id est, hoc ostensor, quod solum ciat, semper ipsi vexillo properet, nō potest esse nisi in Anemoscopio, quod solum ciat, semper ipsi vexillo properet. Hoc ostensor, quod solum ciat, semper ipsi vexillo properet, nō potest esse nisi in Anemoscopio, quod solum ciat, semper ipsi vexillo properet. Hoc ostensor, quod solum ciat, semper ipsi vexillo properet, nō potest esse nisi in Anemoscopio, quod solum ciat, semper ipsi vexillo properet.

423

NOMINA, ET SERLES VENTORVM  
IVXTA QVAMVIS DIVISIONEM, ET  
LINGVARVM AEUROPAE

AVSINSA

QVATTVR VENTI. DVODECIM VENTI

NOMERI GRÆCORVM. LATINORVM.

1. ΕΥΡΟΣ.	2. ΦΟΙΝΙΚΙΑΣ.	3. ΑΠΗΛΙΩΤΗΣ.	4. ΝΟΤΟΣ.	5. ΛΙΒΟΝΟΤΟΣ.	6. ΛΙΓ.	7. ΖΕΦΥΡΟΣ.	8. ΑΡΓΕΣΤΗΣ.	9. ΟΡΑΣΚΙΑΣ.	10. ΒΟΡΕΑΣ.	11. ΜΕΣΗΣ.	12. ΚΑΪΚΙΑΣ.	13. ΣΒΣΟΛΑΝVS.	14. ΒΥΛΤVRNVS.	15. EVROAVSTER.	16. AVSTERAFRICVS.	17. AFRICVS.	18. FAVONIMS.	19. CORVS.	20. CIRCIUS.	21. SEPTENTRIO.	22. AQVILo.	23. HELLESPONTIVS.
-----------	---------------	---------------	-----------	---------------	---------	-------------	--------------	--------------	-------------	------------	--------------	----------------	----------------	-----------------	--------------------	--------------	---------------	------------	--------------	-----------------	-------------	--------------------

O.C.TO VENTI. SEXDECIM VENTI

ANDRONICI Cithæstis. COMMUNES.

1. ΑΠΗΛΙΩΤΗΣ.	Subsolans.	2. ΕΥΡΟΣ.	Eurus.	3. ΝΟΤΟΣ.	Auster.	4. ΛΙΓ.	Africus.	5. ΖΕΦΥΡΟΣ.	Fauonius.	6. ΑΡΓΕΣΤΗΣ.	Caurus.	7. ΑΠΑΡΚΤΙΑΣ.	Septentrio.	8. ΜΕΣΗΣ.	Aquilo.	9. ΣΒΣΟΛΔΕΡΟΣ.	Subesperus.	10. ΑΡΓΕΣΤΗΣ.	Africus.	11. ΟΡΑΣΚΙΑΣ.	Fauonius.	12. ΟΡΑΣΚΙΑΣ.	Caurus.	13. ΑΠΑΡΚΤΙΑΣ.	Coris.	14. ΒΟΡΕΑΣ.	Circius.	15. ΜΕΣΗΣ.	Septentrio.	16. ΚΑΪΚΙΑΣ.	Aquilo.	17. ΚΑΪΚΙΑΣ.	Supernas.	18. ΗΛΛΕΣΠΟΝΤΙΟΣ.	Helleipontius.
---------------	------------	-----------	--------	-----------	---------	---------	----------	-------------	-----------	--------------	---------	---------------	-------------	-----------	---------	----------------	-------------	---------------	----------	---------------	-----------	---------------	---------	----------------	--------	-------------	----------	------------	-------------	--------------	---------	--------------	-----------	-------------------	----------------

24

XXIII VENTI    XXXII VENTI    XXXII VENTI  
 VITR VII    HYDROGRAPH.    Latini Hero.  
 Polliois.    Italorum.    Card.

	I LEVANTE.	Subsolanus.
1	Quarta di Leuante Scirocco.	Vperus.
2	Leuante Scirocco.	Eurus.
3	Quarta di Scirocco Leuante.	Meseurus.
4	SCIROCCO.	Notapelijotes.
5	Quarta di Scirocco Ostro.	Vpophenix.
6	Ostro Scirocco.	Phenix.
7	Quarta di Ostro Scirocco.	Mesophenix.
8	O STRO.	Notus.
9	Quarta di Ostro Garbino.	Mesolibonotus
10	Ostro Garb.no.	Libonotus.
11	Quarta di Garbinostro.	Vpolibonotus.
12	GARBI NO, ouero Libeccio.	Notalibicus.
13	Quarta di Garbinponente.	Mesafricus.
14	Ponentegarbino.	Africus.
15	Quarta di Ponentegarbino.	Vpafricus.
16	PONENTE.	Zephyrus.
17	Quarta di Ponente maestro.	Mesocorus.
18	Ponente maestro.	Corus.
19	Quarto di Maestro ponente.	Vpocorus.
20	MAESTRO.	Borrollybicus.
21	Quarta di Maestro tramontana.	Vpocireius.
22	Tramontana maestro.	Circius.
23	Quarta di Tramontana maestro.	Mesocircius.
24	Tramontanagreco.	Septentrio.
25	Quarta di Tramontanagreco.	Vpaquilo.
26	Tramontanagreco.	Aquilo.
27	Quarta di Grecotramontana.	Mesaquilo.
28	Greco.	Borrhapeliotis.
29	Quarta di Grecoleuante.	Vpocæcias.
30	Lenantegreco.	Cæcias.
31	Quarta di Lenantegreco.	Mesocæcias.

## NOMINA XXXII VENTORVM.

Germanica Caroli  
Magni Imp.

Gallica.

Hyspanica.

Italica.

1 Oosten.	Eft.	Eft.	Leuante.
2 Oost zuiden.	Eft. 4. aufdest.	Eft. 4. asuest.	
3 Oost zuidt Oost	Eft sudest.	L'es sueste.	
4 Zuyd Oosten Oost.	Sudest. 4. aleft.	Sues. 4. alleste.	
5 Zuydt Oost.	Sudest.	Sueste.	Scirocco.
6 Zuidt Osten zuyd.	Sudest. 4. aufsd.	Sueste. 4. alsur.	
7 Zuidt zuidt Oost.	Sud sudest	Su sueste.	
8 Zuydt ten Oosten.	Sud. 4. aufdest.	Sur. 4. à sueste.	
9 Zuyden.	Sud.	Sur.	Ostro.
10 Zuydt ten Vuesten.	Sud. 4. aufdest.	Sur. 4. alsudest.	
11 Zuyd. zuyd vueste.	Sud sud Oest.	Su sudueste.	
12 Zuyd Vueste zuide.	Sudoest. 4. à sud.	Sudueste. 4. alsur.	
13 Zuyd. vuest.	Sudoest.	Sudueste.	Carbino.
14 Zuyd. uest te uesté Sudoes. 4. aloest.		Sudueste 4. aloes.	
15 Vuest zuydi Vuest.	Oest Sudoeft.	Oes sudueste.	
16 Vuest ten zuyden.	Oest. 4. asudoest.	Oes. 4. sudueste.	
17 Vuesten.	Oest.	Oeste.	Ponente.
18 Vuest ten norden.	Oest. 4. au Nortoest.	Oes. 4. al Noroeste.	
19 Vuest nordt Vuest.	Oest nortoest.	Oes Norceste.	
20 Noort Vueste vuest. Nortoest. 4. aloest.		Noroeste. 4. alneste.	
21 Noort Vuest.	Nortoen.	Noroeste.	Maestro.
22 Noort uesté Noort. Nortoest. 4. aunort.		Noroeste 4. à norte.	
23 Noort Noordt vuest Nort Nort Oest.		Nororocste.	
24 Noordt ten Vuesten. Nort. 4. aunort Oest.		Nor. 4. à Noroeste.	
25 Noorden.	Nort.	Norte.	Tramotana
26 Noordt ten Oesten.	Nort. 4. aunorten.	Nort. 4. à nordeste.	
27 Noordt noordt Oest Nort, nort est.		Nornordeste.	
28 Noord Oesté Noordt Nort est. 4. aunort.		Norde. 4. à norte.	
29 Noort Oest.	Nort est.	Nord este.	Greco.
30 Noordt Oesté Oest. Nort est. 4. aleft.		Nord. 4. alles.	
31 Oost Nordt Oest.	Eft Nort est.	L'es Nord' este.	
32 Oost ten Noorden.	Eft. 4. aunortest.	Les. 4. à nord.	

F I N I S.

M A R C I

26

MARCI MANILII CARMEN.

LIB. IIII. CAP. III.



VAT TVO R in partes cœli  
describitur orbis.  
Nascentem : lapsumq; diem,  
mediosq; calores,  
Teq; Helice, totidem venti de  
partibus ijsaem  
Erumpunt, secumq; gerunt per inania bellum.  
Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu.  
Auster amat meium solem, Zephyrusq; profundum.  
Hos inter bina medijs è partibus aura  
Expirant similes mutato nomine flatus.



ANT. GIGANTIS.

NON ita perturbant terras , atq; aquora venti,  
Vt mentis requiem culpa scelusq; ruunt.





ISTITUTO E MUSEO  
DI STORIA DELLA SCIENZA